

SUMMARIUM SCHEDARUM II.

XIII. Accentus nominum propriorum,

- 1) Declin. I. in *ava* desinentium
- 2) --- -- *εα* --
- 3) --- -- *εια* et *ια* --
- 4) --- -- *ια* --
- 5) --- -- *ουα* --
- 6) --- -- *α* praeunte *ου* diphthongo desinent.
- 7) --- -- *ω* -- littera desinentium
- 8) --- -- *ρα* --
- 9) --- -- *ιης* --
- 10) --- -- *αιος* *αια* *αιον* --
- 11) --- -- *κος* *κα* *κον* --
- 12) --- -- *ος* *ρος* *ρα* --
- 13) *Σαλίνας* et *σαλίνον*.
- 14) Declin. II. nomina, quorum in paenultima est *ον*.
- 15) Declin. III. in *ις* desinentia.
- 16) --- -- *ω* --
- 17) --- -- *ων* --
- 18) Accentuum sedes in nominibus quibusdam mutatae.

XIV. Observationes in postremos Ptolem. Geogr. libros quattuor.

XIII. *De nominum proprium accentu.*

Posteaquam aliis de rebus grammaticis, criticis et archaologicis superiore programmate disputatum est, quo norma in suo quaeque genere constitueretur, ad quam, quorum in scriptura nominum propriorum saepissime peccatum esset, in restituendis Geographiae Ptolemaeae libris facile posset illorum exigi emendatio: nunc reliquum est, ut ad locum de accentu explanandum accedam. In quo tantum abest, ut de vulgaribus illis regulis disseram, quarum plenae sunt institutiones grammaticae, ad moderandas accentuum cognitorum mutationes compositis, ut de iis dicam nominibus propriis, quorum qui sit verus accentus incertum est aliusque in aliis libris Mss. proditus. Quodsi vulgo de casuum accentu recte collocando quaeritur, ea quidem quaestio solet e noto indubitatoque nominativi accentu esse suspensa: mihi hoc loco illud agendum est, ut communem rationem dispiciam, ad quam, si quae de ipsius nominativi accentu incidit dubitatio, eius tollendae referatur lex. In quo ne post Goettlingii quidem studia quaesivisse frustra erit. Iam si non eandem ad legem formamque *ὁμοιοτέλευτα* nomina propria referri possunt, quam facile multis una quaeque eiusmodi lex exceptionibus obnoxia sit, per se clarum est. Periculum est autem, ne, si exceptiones sustuleris, et diversas accentu esse nominum similiter exeuntium species negaveris, pro arbitrio leges fingas et vel bonis codicibus fidem deroges. At tamen negare nemo potest, quin vel boni codices diverso accentu eadem nomina interdum insigniant, nec quisquam dubitabit, quin in acuendis inflectendisque nominum propriorum syllabis communis quaedam accentuum ratio pluris sit, quam quae cum ea pugnet singulorum eiusmodi testium auctoritas: Quae quam vera sint, non

posse clarius ostendere mihi videor, quam si, de quibus nominibus mihi nata est dubitatio, ea clausularum discrimini- bus distincta in conspectu posuero.

1) *Accentus nominum declin. in aua desinentium.*

Horum pleraque proparoxytona sunt: Ἀργίδαυα III, 9, 9. Δαούσδαυα III, 10, 12. Ζαργίδαυα III, 10, 15. Κληπίδαυα III, 5, 30. Νεντίδαυα III, 9, 9. Πιροβορίδαυα III, 10, 15. Σουζίδαυα III, 10, 11. Utrumcumque autem IV, 2, 26. scribitur Τιγαῦα, Πηγαῦα, Πιγαῦα, Πηγάβα, hoc est properispomenon praeter quartam formam, quae haud scio an dictando subnata sit e tertia.

2) *Accentus nominum declin. I. in εα desinentium.* Ὁρῶεα an Ὁρῶεα.

Ista quidem aut proparoxytona sunt, ut Ἀββεα III, 16, 8. Τεγεα III, 16, 19. Νέμεα III, 16, 20. Πούτεια IV, 3, 39. aut paroxytona, ut Δουλέα II, 16, 12. Κρωδέα III, 12, 4. Μαλέα III, 16, 9. Καπρέα III, 1, 79. Κλυπέα IV, 3, 7. Neque igitur mirum est, nomen Ὁρῶεα, nunc III, 9, 5. esse paroxytonon, nunc (II, 3, 14.) vulgo proparoxytonon, in Mss. autem Coisl. Parr. 1402. 1403. paroxytonon. Quocirca utrobique secundam a sine syllabam acuendam puto. Multo magis IV, 2, 28. fluctuatur lectione nomen Βάδεα (Mss. Vatt. 1. 2. Par. 1404. Βαδέα Par. 1402. Suppl. 119. Coisl. et ap. Mann. Pirekh. Βαδία Par. 1401. Βάδελ Edd. quod ad Antonini It., in quo est *Bidil* Mauretaniae Caesar. oppidum, accommodate nec perperam scribi videtur.

3) *Accentus nominum declin. I. in ια exeuntium.*

Nomina huius clausulae bisyllabae fere omnia proparoxytona sunt: Ἀντιγόνεια III, 16, 19. Αἰγοσθένεια III, 15, 18. Βούλεια III, 15, 18. Ἐλάτεια ibid. Ἡράκλεια III, 13, 46. Κασάνδρεια III, 13, 13. Κέλεια II, 13, 3. Κορώνεια III, 15, 20. Μαντίνεια III, 16, 19. Σκάρφεια III, 13, 11. Τυπά-

νεια (sic. Parr. 1401. 2402. 1403. et Coisl. *Τυπάνεια* Polyb. IV, 77. vulgo *Τυμπάνεια* ut *τύπανον* et *τύμπανον*) III, 16, 18. *Φιάλεια* III, 16, 19. *Χαιρώνεια* III, 15, 20. *Ύπάνεια* (ita Parr. 1401. 1402. 1403. 1404. *Ύπανεία* Coisl. *Ύπανία* Edd.) *Ούελλεγεία* IV, 6, 27. (ita Parr. 1403. 1415. et Coisl. *Ούελεγεΐα* Parr. 1401. 1402. et Suppl. 119. *Ούελεγία*, (sic scribendum esse facilius adducor ut credam, quam *εία*, pro quo *Ούελέγεια* scriptum vellem. Namque ita etiam sicubi *κολώνια* scriptum legitur, id ex *κολώνεια* natum, genuinum vero *κολωνία* esse arbitrator. Sic *Λεβάδεια*, quod Mss. Parr. 1403. et 4. habent III, 15, 20., vero similis est, quam *Λεβαδία*, quod Edd. exhibent. *Ακρήφεια*, quam *Ακρηφία* III, 15, 20., probabilis. *Ούελια* Dionysio Hal. Antiqq. Rom. I, 12. testante vera scriptio est. Quocirca facilius *Ούέλεια* accipio, quod Ptol. Ge. II, 6, 65. Mss. Parr. 1401. 3. 4. Coisl. et Vatt. Coll. Lips. praestant, quam, quod vulgatur, *Ούελια*.

4) *Accentus nominum in ia exeuntium.*

Huiusmodi nomina propria, etsi, quod *a* purum habent, sicut alia vocabula, paenultimam debere syllabam producere videntur, tamen eorum pleraque sunt proparoxytona: *Αλτέρνια* II, 6, 57. *Αύζια* ἢ *Αύζινα* IV, 2, 31. *Γίγνια* II, 6, 29. *Κούργια* II, 4, 15. *Λαίλια* II, 4, 12. *Νιγίγλια* IV, 2, 26. *Ούγνια* II, 4, 12. *Ούελια* vel *Ούέλεια* II, 6, 65. (*Ούελια* vulgo; sed cf. Dionys. Hal. Antiqq. Rom. I, 12. et *Ούέλεια* Ptol. G. III, 1, 8. ubi cod. Par. 1401. unus *Ούελια* tribuit, ceteri proparoxytonon praestant et vel Barb. Coll. Lips. *Βέλια*) *Ούγκια* II, 4, 13. *Ούώγνια* II, 4, 10. *Σέγνια* II, 4, 12. *Σουβούργια* IV, 2, 29. Nonnulla autem incertum est utrum paroxytona sint, an proparoxytona. *Σέγνια* quidem II, 4, 10. *προπαροξύνηται*, sed *Σητία* III, 1, 63. nescio quo pacto proparoxytonon est. *Δαύδια* IV, 2, 27. mutatis litteris, *παροξύνηται* *Δαβδία*; *Ούέγνια* IV, 16, 2. sic. in ed. Argent. *Ούέγνια* Mss. *Ούετία* vulgo. In paenultimam vero accentum referunt, v. c. *Ούεργιλία* II, 6, 61. *Εύγνια* III, 13, 32. *Ούγνια* II, 4, 11. *Φλωγία* IV, 2, 27.

5) *Accentus nominum declin. I. in ova
ex euntia.*

Nomina huius generis partim ad similitudinem Latinorum in *va* conformata videntur, partim in *ua*. Quamobrem haec, quorum pronuntiatio Graeca Latinae fere respondet, non facile ancipitem habere accentum solent, illa vero, quibus Latina aequantur, incertum et mutabilem.

1) in *ua*: *Γένουα* III, 1, 3. *Μάντουα* ib. *Ουάζουα* IV, 3, 32. et *Κούλλουα* IV, 3, 29. *Νίσουα* IV, 3, 7. nisi forte legendum est *Μίσουα* secundum Anton It. et Plin. V, 4. quod ut statuamus, faciunt Mss. Parr. 1403. et 1404, in quibus est *Μίσουρα*. Paroxytona sunt autem *Θεμισ(σ)ούα* IV, 3, 33. et *Καλκούα* (Coisl. Par. 119. Pal.) 5. *Ναλκούα* vulgo II, 3, 26. ac properispomenon *Μαξιλοῦα* II, 4, 13. Incerti autem accentus est *Βουλούα* (*Βούλουα* Pal. I.) Probabilius videtur, scribendum esse *Βουτούα*, quod in Coll. Lips. margine nescio quis se legendum putare adnotat et de Pinedo ad Steph. Quam coniecturam confirmat Norimb. A. Butna, itemque Butna Plin. III, 25. quo auctore Wilb. *Βούτουα* scribendum censuit. Quid? si *Βούθουα*, quod medium est inter illud *Βούλουα* et Stephani ac Seylacis *Βουθόη* et Sophoclis *Βουθοίη* apud Etym. M. Accedit etiam, quod sonum habet Pliniani nominis similem.

2) in *va*: *Μερούα* II, 6, 46. *Ταούα* IV, 5, 50. *Τρηνούα* II, 11, 27. — *Νοοῦα* III, 10, 10. *Νοοῦα Ἀγούστα* II, 6, 56. Wilb. recte pro *Νοουδαγούστα* — Incertum est, utrum *Σαλούα* II, 16, 4. an ex Pal. I. *Σαλοῦα* scribas, nec minus dubium, utrum *Ἰλοῦα* III, 1, 78., an *Ἰλοῦα* III, 3, 8. ab auctore scriptum sit. Pall. codd. coll. Lips. iudicium etiam magis turbant, quod priore loco *Ἰλουα* exhibent proparoxytonon. Ego vero non dubito, quin utrobique *Ἰλούα* scribendum sit, quod primum non credibile est, Ptolemaeum in insulas cognomines diversis notasse accentibus, alteram iuxta promontorium Etruriae Poplonium (Piombino) sitam, alteram inter Sardiniam et Corsicam, Ptolemaei ingenio fictam (cf. Casaubon. ad Strab. II, p. 123.); deinde quod de priore illo

loco, si a Palatinis codd. recesseris, magna est reliquorum librorum consensus, paroxytonon referentium; denique quod, quominus proparoxytonon admittamus, cetera, quae va clausulam Latinam efferunt, Graeca binis syllabis aequae ac Latina ipsa continentur, nec pluribus diffunduntur. Neque enim in eodem numero sunt, quo quae *ua* terminationem Graecae reddunt, quod *u* in his Latinis quoque vocalis est littera.

6) *Plurium syllabarum nomina declin. I. praecedente ov diphthongo, in a exeuntia.*

Nomina declinationis I, quae in *a* vocalem exeunt, quam *oi* diphthongus antecedit sive littera consona interiecta, sive non interposita, accentu non multum inter se differunt. In quibus *a* purum obtinet, si *ov* e Latinorum *vau* littera ortum est, ea aut paroxytona sunt, aut properispomena, sin *ov* etiam in Latino sermone vocalis est, haec aut ipsa quoque paroxytona, aut proparoxytona sunt, vix umquam perispomena: vide quae disputavi de *Ἰλοῦα*. Cetera, in quibus inter *ov* et *a* media est littera consona, non magis ad unam referri legem possunt, sed aut in secunda a fine syllaba circumflexum habent, aut in tertia acutum. Neque discrimen ullum efficiunt natura sua consonantes litterae, sive mutae sunt, sive liquidae, nisi si momentum aliquod ex geminatione accedit, quo etiam magis augeatur mora paenultima. Sed ne tum quidem circumflexus obtinet. Ac primum quidem haec sunt perispomena: *Μαξοῦλα* IV, 3, 7. *Παισοῦλα* II, 4, 13. *Ἐριχοῦσα* III, 14, 12. *Θηγαροῦσα* III, 16, 23. *Λητοῦνδα* II, 4, 11. quibus addenda sunt bisyllaba: *Κοῦπρα* III, 1, 52. nisi, ut dixi in loco de nominibus in *ρα* desinentibus, *Κούπρα* scribendum est, *Δοῦμνα* vero II, 3, 31. Deinde proparoxytona: *Σάλδουβα* II, 4, 11. *Ἐβουδα* II, 2, 11. *Ἄκουλα* aut *Ἄκουλκα* III, 1, 48. *Καλήκουλα* II, 4, 11. *Ἰλλίπουλα* II, 4, 11. *Ἀνέμουσα* IV, 3, 44. *Ῥίγουσα* II, 6, 57. *Σχότουσα* II, 13, 31. (sed *Σχότυσσα* Ms. Coisl. *Σχότισα* Par. 1401.) *Τάρουδα* IV, 2, 34. Ad extremum adiungam etiam paroxytona, quae ad similitudinem nominis *Ἰλοῦα* aliorumque

similium scribuntur: *Βοούτα* IV, 6, 30. *Θαβούνα* II, 6, 66. Praeterea exstat compositum illud *Κυνόσουρα* III, 15, 8. quod disiungi mallet, ut *Ἵονου γνάθος* III, 16, 9. et *Κριού μέτωπον* III, 6, 2. et 17, 2.

Eadem est acuendorum circumflectendorumve nominum huius generis pluralium ratio, cuiusmodi est *Φαισοῦλαι* III, 1, 47.

7) *Nomina propria declin. I. praecunte ω littera in α desinentia.*

Nomina in α exeuntia, quorum syllaba paenultima ω continetur, pleraque omnia hanc circumflectunt, aut tertiam a fine acuunt. Utrum autem utro verius sit, nemo quisquam dixerit. Ptolemaeus enim ipse utrumque poterat facere, ut aut in una ictum, aut in altera, ictum deponeret. Properispomena sunt igitur *Αἰνώνα* II, 16, 3. *Ἀραυζῶνα* II, 17, 10. *Βλανῶνα* II, 17, 10. *Ἡρώνα* II, 17, 11. *Σιδρωῶνα* II, 17, 10. *Σκάρδῶνα* II, 16, 3. *Ταρῶνα* III, 6, 5. *Φλανῶνα* II, 16, 2. (sic de Bertii coniectura secundum Steph. Byz. apud quem *Φλάνων* est, rectius videtur scribi, quam *Φλανῶνα*) *Λιβισῶνα* II, 6, 59. Mss. Wilb. (*Λιβισῶνα* cett. Edd.) *Σουζ(ζ)ῶνα* II, 6, 68. *Ἀλανῶνα* (*Alavona*) II, 6, 67. mallet *Ἀλουῶνα* i. e. *Alvona*; huic enim magis respondet, quae intelligenda est, *Albona*. *Ἐγῶνα* II, 6, 71. (sic scribendum puto e vestigio codicis Coisl. in quo est *Ἐργῶνα*, *Ἐγῶνα* vulgo, *Ἐγῶνα* Wilb. *Λερτῶνα* II, 6, 64. est enim *Λερτῶνα* in Mss. et in Mannerti Coll. *Λερτῶνα* vulgo. Certiora sunt: *Ἐῶνα* IV, 3, 12. *Λωτῶνα* III, 14, 13. *Μινῶνα* III, 16, 5. quod etiam III, 17, 5. et 7. ita refingendum videtur pro *Μινῶνα*. Insuper memoranda sunt bisyllaba: *Νῶλα* III, 1, 69. *Σῶρα* III, 1, 63. *Βῶνα* III, 3, 7. sic vulgo, *Βῶσσα* Mann. App. *Βόσα* Parr. 1402. 3. Pal. Coll. Lips. *Βόσσα* a m. 2. Ms. Par. 1401. *Βῶννα* II, 9, 15. ita quidem vulgo, *Βόνα* autem Par. 1404. et *Βόννα* Parr. 1401. 1403. Coisl. Vat. Proparoxytona sunt autem *Κρέμωνα* III, 1, 31. *Μετέρκωνα* II, 6, 57. *Οῦήρωνα* III, 1, 31.

8) *Nomina declin. I. in ῥα terminata.*

Multa trium syllabarum nomina in ῥα exeuntia sunt proparoxytona: *Γάρμαρα* IV, 2, 28. *Γέφαρα* IV, 5, 28. (ut *γέρφρα* alia cf. Matthiae Gr. Gr. §. 68. Not. f.) *Κάπαρα* II, 5, 9. *Μέγαρα* III, 15, 6. *Ίάδερα* II, 16, 3. *Ούολκερα* (sic Mss. *Ούολκέρρα* Edd. vett.) II, 16, 2. *Γύσιρα* IV, 3, 37. *Ζίγιρα* IV, 3, 33. *Λάσσιρα* II, 6, 63. *Κύπαιρα* III, 13, 45. *Ἀβδειρα* IV, 3, 34. *Αίγειρα* III, 15, 5. *Νίγειρα* IV, 6, 27. *Στάγειρα* ἢ *Στάντειρα* III, 13, 10. *Μάγουρα* IV, 6, 24. *Κόρχυρα* III, 14, 11. (ut *ἀγκυρα* v. Matth. l. l.) *Κόσσυρα* IV, 3, 37. Neque vero pauca inveniuntur totidem syllabarum nomina paroxytona: *Καμάρα* III, 16, 5. *Λιπάρα* III, 4, 16. *Μνιára* IV, 2, 22. *Οὐρβάρα* IV, 2, 22. *Ούσσára* IV, 2, 31. *Ἐβόρα* Hisp. Tarracon. opp. II, 6, 63. ubi non variatur lectio, et *Ἐβόρα*, Hisp. Baeticae opp. II, 4, 11. Sic rectius, quam Wilberg, edidere vett. assentientibus Mss. Pal. I. et Parr. 1403. et 1404. *Ἀντίγρρα* ἢ *Ἀντίγραι* IV, 5, 7. Hunc in numerum referenda sunt etiam plurium syllabarum nomina: *Ἡμιχάρα* ἢ *Ἰμιχάρα* III, 4, 12. *Λανιγára* IV, 2, 22. *Μελιτάρα* ἢ *Μελιταία* III, 13, 46. *Βουνοβόρα* IV, 2, 24. *Κονδαβόρα* II, 6, 58. Huc accedunt eiusdem accentus bisyllaba: *Μεύρα* III, 4, 14. *Γείρα* II, 3, 31. *Πέτρα* ibid. *Νώρα* III, 3, 3. *Υδρα* III, 4, 13. Sunt tamen etiam properispomena eiusmodi nomina: *Σασούρα* IV, 3, 36. *Σχήρα* III, 4, 14. *Σῶρα* III, 1, 63. *Κούπρα μοντάνα* III, 1, 52. Erasm. alii, sed *Κούπρα* μ. Mss. Parr. 1403 et 1404. rectius sane: namque ibid. §. 21. *Κούπρα μαριτίμα* sine ulla discrepantia scribitur. Denique oxytonon memorandum est, idque trisyllabum *Ψαφαρά* III, 13, 38. atque addi potest *Ἴερά νῆσος* III, 4, 17., nisi dubitante Goettlingio (Accent. etc. p. 141.), scribendum est *Ἴερα νῆσος*, ut *Ἴερος ποτ.* III, 2, 5. 3, 2.

Postremo commemoranda sunt etiam nomina in ῥά desinentia, partim proparoxytona, ut composita *Ἀντικυῥά* III, 15, 4. *Οὐλιξίβι(ῥ)α* IV, 3, 37. *Σιγαῥά* II, 6, 64. *Βιγέῥα* II, 6, 61. sic. Ms. Par. 1402. et Edd. vett. (*Βιγέῥα* Wilb. ex aliis codd.) ac paroxytonon *Τουμάῥα* IV, 2, 34.

nisi hoc quoque proparoxytonis, nullo quod sciam adstipulante codice, accensendum videtur. *Κύρρα* III, 15, 4. nomen bisyllabum non potest nisi paroxytonon esse.

9) *Accentus nominum declinationis I. in ιτης flexorum.*

Horum nominum nominativus singularis solet esse paroxytonus, idem autem casus pluralis in *ιται* paenultimam habere longam, ut *Ἀηρηῖται* IV, 5, 21. de quo nemo dubitare potest propter scripturae discrepantiam *Ἀηρηῖται*, deinde *Ἀποτομῖται* IV, 5, 21. *Ἐξωβυγῖται* IV, 5, 24. *Ζυγρῖται* IV, 5, 22. *Μακανῖται* IV, 1, 10. *Μασῖται* IV, 5, 24. *Ῥασῖται* IV, 5, 25. *Παγυρῖται* IV, 5, 22. *Προσοδῖται* ibid. 24. *Ῥουαδῖται* ibid. 23. *Συρῖται* IV, 3, 27. *Ταναῖται* IV, 5, 24. *Ταπανῖται* ibid. 21. *Χουρῖται* IV, 6, 19. Quae in eundem fere modum flexa sunt nomina, necesse est eadem vocatione notentur, *Ἀδυρμαχῖται* IV, 5, 22. *Ὀβῖται* confirmat. Ab hoc non ferme discrepat, nisi transpositis litteris consonis *Μολῖβται* IV, 8, 10.

10) *Nomina declinationum I. et II., in αιος αια αιον desinentia.*

Pleraque omnia huius terminationis nomina adiectiva, pluribus composita syllabis, Goettling *Accent etc.* p. 297. properispomena esse monet, adiectis quibusdam proparoxytonis et oxytonis. Etym. Gud. in voce *Ἡράκλειος* nonnisi proparoxytona huius generis memorat: *Ἀθήραιον*, *Κίρκαιον*, *Ἐρμαιον*, *ἔλαιον*, *νύμφαιον* etc. Apud Ptolemaeum autem paene omnia huiusmodi nomina propria sunt proparoxytona: *Σάλλακος* II, 5, 8. *Σύλαιον* III, 1, 9. *Σπείραιον* III, 16, 12. *Βραιτόλαιον* II, 5, 8. *Κανάστραιον* III, 13, 13. *Αλύβαιον* I, 12, 11. III, 4, 5. *Κύταιον* III, 6, 6. *Κυταῖον* quidem III, 17, 6. neutrius loci scriptionem ullo variante codice, sed tamen etiam altero loco *Κύταιον* scribendum puto, *Κήραιον* III, 15, 3. *Μύραιον* IV, 3, 28. Edd. (ubi *Μύρειον* Par. 1401. et *Μίρειον* Anonym. Lips. Coisl. Parr. 1402. 1403. et 1404.) *Πύθειον* III, 13, 42. sic Mss. *Πύθειον* Edd.

et Norimb. alter cod. Lat. (*e* vero et *e*, cui tenella subest lineola, i. e. *ae* saepe permutantur) item *Γέραια* II, 5, 8. et *Αιλαια*, Aetoliae opp. III, 15, 15. (Coisl. et Par. 1401.) et Arcadiae III, 16, 19 (Mss. Pall. Parr.) quamquam priore loco *Αιλαια παροξύνεται* in Edd. et *Αιλαιον* Par. Suppl. 119. posteriore autem *Αειλαια* in Edd. exstat. Eodem accentu efferuntur *Ρείπαια ὄρη* III, 5, 15. cf. §. 22. vulgo *Ρίπαια* Neque a communi lege recedere videtur forma fem. *Χετταία ζώρη* IV, 5, 4. *Σάπαιοι* IV, 8, 14. sic enim Stephani Byz. auctoritate et e vestigio codd. Coisl. in quo est *Απαιοι* et Parr. 1401. 1402. ubi *Απειοι* dicuntur, scribendum esse arbitror. Vulgo *Σαπαῖοι*, ut ap. Herod. VII, 110. Etym. autem Gud. l. l. auctor est, ut *Νύμφαιος λιμὴν* III, 3, 2. scribi debere mihi videatur, etiamsi *Νυμφαῖος* in cod. Par. 1401. exhibeatur. Idem *Ἐρμαιον* ibidem recenset inter proparoxytona; quare malim apud Ptolemaeum quoque III, 3, 2 huius nominis syllabam primam acui, quam circumflecti alteram. Neque enim obstat, quod forma fem. g. promontorium Africae IV, 3, 8. Erasmo aliisque *Ἐρμαῖα* edentibus, Mss. Coisl. et Par. 1402 testimonio *Ἐρμαῖα ἄκρα*, eodemque nomine Cretae (III, 17, 3.) et (IV, 5, 7.) Aegypti promontoria, denique *Ἐρμαῖα νῆσος* Sardiniae propinqua III, 3, 8. *παροξύνεται*. Contra *Ἐρωπαῖοι* IV, 3, 27. et *Μακαῖοι* ibid. et *Κιρκαιῶν* III, 1, 5. sine ulla scribentium dissensione appellantur.

II) *Nomina declinationum I. et II. in ζος
κα ζον exeuntia.*

Nomina adiectiva in *ζος ζη ζον* desinentia oxytona esse constat. Ita etiam apud Ptolemaeum quae adiectivorum naturam tumentur, in ultima syllaba accentum deponunt, ut *Βαυτικός* II, 4. tit. *Βαυλιαριστός* II, 6, 77. *Βρετανικός* II, 2. tit. etc. Mirum est igitur, quod in Mss. exstet *Γάλλικα* (non *Γαλλική*) *Φλαουία* II, 6, 68. *Σεναγάλλικα* III, 1, 22. accentum haud scio an ob compositionem retraxerit, nisi cum flexione eum Romanis debeat. Cum adiectivis autem locorum gentiumque et alia nomina propria discrepant, ac minus laedunt aures, quae in tertiam a fine

syllabam accentum retrahunt, quam quae in alteram. Oxytona sunt *Ῥαυριχοί* II, 9, 18. *Χαιρουσοί* II, 11, 19. (sic certe Edd. et Mss. nisi quod Parr. 1803. et 4. *Χαιρούσοιο* referunt, et probabilius *Χαιρουσοί* Bert. et Wilb. e Par. 1423. et Med. Quod propius accedit ad Latinum illud *Cherusci*.) *Νωρικόν* II, 1, 12. *Μοκοντιακόν* II, 9, 15. *Ζαρακά* III, 6, 19. schol. Deinde proparoxytona: *Ἀνάντικον* II, 9, 21. *Ἀνάριζον* II, 8, 13. *Ἐργαούικα* II, 6, 58. quod, nisi *ov* vocatis loco haberetur, *Ἐργάουικα* scriptum oportebat (vid. quae dixi de nomine *Θύνικτωρία*) *Θουβούρικα* vel *Θουβούρικ(α)* IV, 3, 29. *Κέρβικα* IV, 3, 35. *Κόρσικα* III, 2, 1. Denique paroxytona, quorum nonnulla dubium est an in tertiam a fine syllabam accentum referant, *Λιμονίκοι* II, 7, 10. (*Λιμονισοί* Bert.) *Θαβούικα* II, 6, 66. *Θουδάικα* IV, 2, 30. *Τιμίικα* IV, 3, 33. *Τουλλίικα* II, 6, 65. *Παραμίικα* II, 6, 50. et 66. sic vulgo, *Παράμικα* Pal. I. Wilb. sibi non constat, qui priore loco paroxytonon, posteriore proparoxytonon scripsit. *Λιβισώικα* II, 6, 59. vulgo, *Λιβισώικα* recte Pal. I. et Wilb.

12) *Nomina declin. II. in os et maxime in vos et nomina decl. I. in va exeuntia.*

Quaerenti mihi communem aliquam nominum similia pariter pronuntiandorum acuendorumque rationem mirum saepe visum est, qui fieret, ut in summa fere similitudine formarum diversa sedes esset accentuum. Ita *Ἄσωπος* quidem (III, 16, 3.) et *Ἐύρωπος* (III, 13, 24.) dicuntur, sed *Ῥωρωπός* (III, 15, 8.) rursus *Ἄλωρος* (III, 13, 28.) verum *Ἄσωπός* (III, 15, 13.) et *Κνωσσός* III, 17, 10. Sane *Ἄλφειός* (III, 16, 6.) *Πηνεϊός* (II, 13, 18.) *Σπερχειός* (III, 13, 18.) *Ἐρινεϊός* (III, 16, 5) *Σωρεϊός* vel *Ῥραιός* (III, 15, 25.) et *Κυριός* (III, 13, 39.) et *Ἄξειός* III, 13, 14. sed, sic enim ibi variat lectio, *Ἄξιος* cf. ibid. §. 14.; atque *Ἀνάγλυστος* et *Κάρυστος* (III, 15, 24.) fortassis etiam *Ἀύγουστος*, sed ibidem *Γεραιστός* et *Φαιστός* (III, 13, 44.) de diverso accentu nominis *Πηραϊνεστον* cf. Wannowski p. 15.; porro *Εύηρος* (III, 15,

Paroxytona ea esse ut credam, nulla auctoritate compellor. Sane quidem *Σαλίνας* loci Italici nomen sine ulla discrepantia III, 1, 42. editur et in codd. scriptum legitur, sed Britannici loci nomen II, 3, 21. *Σαλιῆνας* vulgatur, *Σαλιούνας* autem in duobus Parr. et Pal. I. codd. exstat, accedit vero etiam in ed. Argentin. *Σαλίνας*, ut nec de *ι* littera, nec de accentu quantitati accommodando dubitare quisquam possit. Daciae oppidum III, 8, 7. *Σαλίνας* in Edd. scribitur, neque ab ea scriptura abhorrent codices, nisi quod Coisl. *Σαλίνας*, et Par. 1401. *Σαλίνας* tribuunt. Quodsi vera est horum locorum scriptura, nemo dubitaverit, quin Ptolemaeus Pannoniae inferioris locum *Σαλίνον* II, 16, 4. scripserit, quod nomen in Edd. est paroxytonon, nisi forte praestat ibi quoque *Σαλιῆνας* scribere. Nam ita quidem *Ῥουσονόρας* et *Ῥουσονόρον* IV, 2, 8. et id genus alia permutantur.

14) *Accentus nominum declinationis II. quorum syllaba paenultima ov diphthongum complectitur.*

Lib. II, 4, 6. dubium est, utrum *Βαστουλῶν* scribendum sit, an *Βαστούλων*. In dissensu autem librorum Mss. *ἀναλογία* consulenda videtur. *Τουρδούλων* autem exstat II, 4, 5. Cum his facile compares, quae, quod paenultima syllaba *ov* diphthongum continent omnia, similia videntur, ut *Μουζούνοι* IV, 2, 21. *Χοῦνοι* IV, 5, 25. *Στουῆροι* III, 1, 77. (*Τουῆροι* Edd.) *Βοροῦσχοι* III, 5, 22. Quare videtur effici, ut *Βαστούλοι* non *Βαστουλοί* audisse videantur.

15) *Nomina propria declin. III. in ις desinentia.*

Itius modi nominum accentus nec syllabarum numero nec modo adstringi, sed temerario quodam usu constitui, aut, si qua ratio obtinet, ea aut multum fluctuari, aut non certo posse pervestigari videtur. Oxytona sunt primum bisyllaba *Χερσίς* IV, 4, 5. *Χαλίς*, III, 15, 14. *Λαλίς* III, 15, 9. *Τγγίς* IV, 1, 5. *Ψοφίς* III, 16, 19. *Αελφίς* III, 15, 18. *Βουλλίς* III, 13, 4. *Φωκίς* III, 15, 18. deinde plurium syllabarum

13.) contra Ἴσμηρός (III, 15, 9. et 13.) Παρνασ(σ)ός (III, 15, 12.) Κερεσός (II, 6, 72.) et Ἴερασός (III, 10, 15.) apud Coislinum tamen Ἴερασος ac Κνωσσός, ut monitum est, etiam Παννο(σ)ός (III, 10, 8.) Εἰλισσός (III, 15, 7.) et Κηφισσός (ibid. §. 13.) Παμισός (III, 16, 8.) sed idem nomen h. l. variata scriptura Πάνισος, ac Πανύασ(σ)ος (III, 13, 3.), postea Ὑμητός (III, 15, 12.) et Ἀδρούμητον (IV, 3, 37.) pariter Ὀρχομενός (III, 15, 20.) et Ὀλενος (III, 15, 14.) denique Κυνός (III, 15, 10.) et variante scripturam codice Par. 1403. Κύνος: item Μήμιοι (II, 10, 16.) et Μορινοί (II, 9, 3. et 8.) Neutra quidem, quae *von* clausulam habent, Ἀζούιον (III, 1, 63.) Βέλσιον (II, 6, 58.) Ἐρίκων (III, 3, 7.) Ἴσπινον (II, 6, 57.) potius aliqua accentus communiōne inter se contineri videntur, quam feminini generis nomina in *va* et *vh* exēntia. Κορήνη (III, 16, 18.) paroxytonon est, Ἀσινή (III, 16, 20.) oxytonon, Τροϊζήνη apud Ptolemaeum, III, 16, 12. apud scholiasten Τροϊζηνή dicitur, ceteris scriptoribus, ut Straboni et Stephano Τροϊζήν. In *va* terminata partim proparoxytona sunt, ut Ἀῦξι(ν)α (IV, 2, 31.) Μύρινα (III, 13, 47.) Ὀπίσινα vel Ὀπίσινα (III, 11, 11.) Σαράγινα (IV, 5, 29.) partim paroxytona, v. c. Ἀρίνα (IV, 2, 23.) Βυζαζίνα (IV, 3, 39.) Γαρίνα (Γαροῦνα Strab. p. 177.) II, 7, 2. Γρητίνα (II, 5, 7.) Ρικίνα (II, 2, 11.) Οὐάλενα ἢ Βαλίνα (II, 14, 6.) accentum pro lectionis varietate variat. Omnis vero istius accentuum varietatis quum aliae, tum haec maxime caussa fuisse videtur, quod in diversis regionibus diversa nominum saltem propriorum esset pronuntiatio. Nihilominus ab ipsis scriptoribus ac grammaticis variandorum accentuum caussa multo magis videtur repetenda esse, quod non certa esset, quam hoc in genere sequerentur, maxime suarum cuiusque aurium iudicio suspensa ratio.

13) Nomina Σαλίται, Σαλίον.

Si quidem Σαλίται et Σαλίον nomina Ptolemaea Latinae sunt originis, media syllaba manifesto longa est, sic ut illa aut properispomena esse videantur, aut proparoxytona.

nomina: Ἀσκηρόεις II, 6, 72. Τηλοβίς II, 6, 72. Σετελής ἢ Σελενοίς II, 6, 72. Λαρ(δα)νίς IV, 4, 5. Ἡγωνίς III, 13, 13. Πτολεμαίς IV, 5, 57. Ἰουλίς III, 15, 27. Οὐρητίς II, 3, 33. Ἀζικίς IV, 5, 31. Ἀκαβίς IV, 4, 12. Σωσθενίς III, 13, 45. Γρακουρίς II, 6, 67. Λακουρίς II, 6, 59.

Porro eiusdem flexionis et bisyllaba et plurium syllabarum nomina sunt paroxytona: Λέροεις III, 13, 12. Μάδις III, 12, 4. Πρίμις (ἢ Προῆμις) μεγάλη IV, 8, 19. Τανάτις III, 9, 4. Ἀνάβις II, 6, 72. Τολιάπις II, 3, 33.

Denique proparoxytona memoranda sunt: Τάναϊς νῆσος καὶ ποταμός III, 6, 31. Οὔσκελ(λ)ίς III, 3, 2. Ἰσχαλίς II, 3, 28. Φόρακις II, 4, 14. Ὀκητίς vulgo II, 3, 31. Ὀκιτίς rectius, ut videtur, Mss. Parr. 1401. 1403. et 1404. In his quidem scriptum non est, quod Will. hinc ductum refert Ὀκιτίς, Κάραλλίς I, 12, 11. Certe bis ibi exstat genitivus Καράλλεως, acuta tertia a fine syllaba. Sed III, 3, 4. vulgo scribitur Καραλλίς πόλις καὶ ἄκρα consentiente Ms. Coisl. apud Bert. est sine accentu Καραλίς, et Καραλίς in Mss. Parr. 1401. et 1402. Κάραλλίς autem Par. Suppl. 119.

16) *Accentus nominum declinationis III. in ω desinentium.*

Huius generis nomina paene sine ulla exceptione oxytona sunt, ut Ἀλώ IV, 5, 29. Θουβουρβώ IV, 3, 35. Μιγώ IV, 5, 29. Σαρδῶ III, 3, 8. Σασώ III, 13, 47. Χειμῶ κόμη IV, 5, 8.

17) *Nomina decl. III. in ων desinentia.*

Horum accentus non omnium idem est; si in syllabam ultimam cadit, oxytona aut properispomena nominativo sunt nomina, casibus autem obliquis properispomena, sin in praenultimam, paroxytona nominativo, ceteris casibus proparoxytona: Ἀγκών III, 1, 21. Ἀνθηδών III, 15, 9. Ἀλῶν III, 13, 3. Βαβυλών IV, 5, 54. Βαίων III, 6, 5. Βαυτουλών II, 6, 19. Βοίων III, 6, 5. Διλουρών II, 6, 19.

'Ελικών III, 13, 12. 'Ιππών διάρρόντος IV, 3, 6. Καλυδών III, 15, 14. Κιθαιρών III, 13, 12. Μαραθών III, 15, 22. Ναρβών II, 10, 9. Ούασιών II, 10, 17. Πισι(ν)δών λιμήν IV, 3, 12. Πομπελών II, 6, 67. Στυρμών III, 13, 9. Ταρουσζών II, 10, 15. Ταρράκων II, 6, 17. Τελαμών III, 1, 4. — Σουλμών III, 1, 64. — 'Αγάθων IV, 5, 77. 'Ακουσιών II, 10, 14., 'Αλιάκμων III, 13, 18. 'Απόλλωνος μικρᾶ πόλις IV, 5, 73. — 'Αραυσίων II, 10, 14. *Αυενίων* *κολ.* *ibid.* quae utraque forma non multum abest quin genitivi esse videatur. Nam altera civitas Arausicorum in Notit. Gall. altera civitas Avennicorum in Not. prov. Vienn. praedicatur, etiamsi utraque Cavarum esse Tab. Pent. dicitur, et Latinis scriptoribus Arausio est et Avenio. 'Ερείγων III, 13, 18. Καβελλιών *κολ.* II, 10, 14. qui dubium est an sit genitivus. Nam in Not. Gall. est civitas Cabellicorum. Κρότων III, 1, 12. Λέων ἄκρον III, 15, 24. Μάγων ἢ Μάγγων νῆσος IV, 8, 17. Hic Μάγων dubites an nominis appellativi genitivus sit, magorumque dicatur insula, nisi coniecturam refellat scripturae varietas. Similiter dicuntur 'Ακουσιών. 'Αραυσίων, *Αυενίων*, Καβελλιών. 'Ορτων III, 1, 19. Ούάλων IV, 1, 5. Πάσσαλος ἢ Πασσάλων IV, 5, 71. 'Ρουσζίων ἢ 'Ρουσκιόν II, 10, 9.

19) *Accentuum sedes in nominibus quibusdam mutatae.*

Praeterquam quod in multis nominibus propriis sedes accentus incerta et in diversis codicibus diversa est, saepe etiam nominum, quorum ambigua lectio est, pro diversa syllabarum immutataram natura etiam diversus accentus obtinet: *Αύριτω* — *Αύριτήνα* IV, 4, 12. *Μαράβνω* — *Μαραβίνα* *ib.* *Θιγίβα* — *Θιγβα* IV, 3, 29. *Πατέτα* — *Πάτατα* IV, 7, 18, *Λαρών* — *Λώρων* IV, 8, 1. Deinde, ut alia nomina, sic etiam nomina propria, ubi ex aliis componuntur, accentum retrahunt, ut *Λούνον* II, 2, 20. 3, 6. *Αύγουστόδουνον* II, 8, 17, *Λούγδουνον* II, 7, 22. (*Λουγδουνοῦν* Vatt. Coll. Lips.) et s. l. v. II, 8, 17. 10, 3. 4. quocum *Λουγόδεινον* II, 9, 4. compares, *Σεβένδουνον* (*Σεβενδοῦνον*) II, 6, 71. *Σεγόδουνον*

II, 7, 21. His adde Ἐπτάδελφοι IV, 1, 5. Non retrahit accentum Ζαμαμίζων IV, 3, 33. si recte ita scriptum est natum e nominibus Ζάμα μείζων. Neque vero possunt accentum mutare Ἀλβανγούστα II, 10, 18. Ἀραβραιγύπτιοι IV, 5, 27. Denique etiam quae ex appellativis et adiectivis nata sunt nomina propria diversum saepe ab illis accentum habent, quorum indicem Götting libello Accent d. Gr. Spr. adiecit. Apud Ptol. quidem Δείρη IV, 7, 9. rectius, quam Δειρή apud Strabonem Ἐλευθέραι III, 17, 10. dicuntur, sed apud Strab. et Steph. Ἐλευθεραί. Ptol. III, 13, 39. Κυρίως, Λιπάρρα III, 4, 16. Σκόπη IV, 5, 31. Ὑψηλή IV, 5, 64. (ita est in Parr 1403. et 1404. Φιλαι IV, 5, 74. (sic Coisl. Φιλαι cett.) Ἀξίος ἢ Ἀξιός III, 13, 14. De Ἴερα cf. Nomina in ρα terminata.

XIV. *Observationes in postremos Geographiae Pt. libros.*

IV, 14, 3. Ἀμμόχωστος vulgo. Sed in Mss. Coisl. 1402. eius loco est Πηδάλιον ἄκρον item 1401. 3. 4. et Pal. ap. Bert. sed in marg. horum Ἀμμόχωστος (1401. Ἀμόχωστος). Apud Strabonem Ἀμμόχωστος non exstat, verum Πηδάλιον, quod e Strabone irrepsit, ita tamen ut Ἀμμόχωστος Ptolemaei nomen non plane relinqueretur et glossae instar in marg. servaretur.

IV, 14, 5. Λαπιθία, in Mss. Λαπηθία recte, siquidem in iisdem est etiam Λάπηθος, non Λάπιθος, quod vulgo scribitur.

IV, 14, 7. ὦν τὸ μεταξὺ ἐπέχει μοίρας. Sic vulgo; quamquam insolens est illud τὸ μεταξὺ, nec ineptum tamen. Interpretamentum est τὸ μέσον in Pal. ap. Bert. Coisl. ὦν τ. μ. ε. μοίρας ommittit.

IV, 15, 22. Κοίλης Συρίας vulgo, adieci καὶ Δεκαπόλεως πόλεις αἶδε. Sic enim est in cod. 119. itemque, καὶ tamen copula omissa, Pal. uterque ap. Bertium. Ad verum ducit etiam illud: δὲ καὶ πόλεως πόλεις αἶδε. Mss. Coisl. et Par. 1402. In cod. Par. 1401. Κοίλης Συρίας πόλεις αἶδε.

omisso *Δεκαπόλειος* nomine. Sub Romanorum enim imperio Decapolis adiecta erat Coeles Syriae: cuius quum pars illa esset, h. l. copula omitti non debebat: qua omissa, aut Decapolis Coeles Syriae quod cum alius regionis Decapoli confundi posset, hoc additamento ab altera distingueretur, aut appositionis lege et Coele Syria et Decapolis eiusdem regionis diversa diversorum temporum nomina esse viderentur. Copulae igitur accessio indicat oppida lustrari Coeles Syriae et quae huic accesserit Decapoleos.

VIII, 19, 8. *Ἀλβανία πόλις* vulgo. Scripsi cum Coisl. et 119. *Ἀλβανα*, ubi *Ἀλβάνα* 1401. *Ἀλβάνα* in edd. est. V, 12, 2, sed etiam istic Coisl. tribuit *Ἀλβανα*.

III, 5, 22. Scripsi *Ἀορσοί*, quamquam in libris est *Ἀόρσοι*. Sed et Straboni et ipsi Ptolemaeo Scythiae *Ἀορσοί* dicuntur VI, 14, 10.

IV, 7, 19. *Ἀραβίς* Aegypti urbis vulgo dicitur. In libris Mss. est Coisl. *Ἀρβῆς* *Ἀρβίς* Pal. 1403. 4. *Ἀρβοῦ* 1401. 2. *Ἀραβίς* autem *ποταμός* VI, 19, 2. 21, 2. Neque igitur ausus sum mutare alterutriusque accentum.

Αὐξάνια Bisch. Scythiae urbs. In Mss. VIII, 24, 4. h. l. variat. *Αυζανία* Tabb. Ceterum urbs ista supra non memoratur. Sed *ὄρη Αὐξάνια* VI, 12, 1. 16, 2. 3. 4. ubi Vat. alter *Οὐξείοις* praebet.

VII, 1, 69. *Βολίγγαι* vulgo. *Βιολίγγαι* 119. 1401. 2. 4. *Βιολίγγαι* 1403. Coisl. O. et P. ap. Mannert. *Βώλιγγαι*, *ἔθνος Ἰνδικόν* Steph. B. *Bolingae* Plin. H. N. VI, 23. Quae quum ita sint, *Βώλιγγαι* verum videtur, quo ducit nomen *Βιολίγγαι*, ex quo exstitit corruptela *Βιολίγγαι*.

Τιβεριὰς πόλις libro VIII. memoratur *λίμνη* V, 16.

Παροπάμισος ap. Steph. Byz. exstat, nominativus ap. Ptol. non legitur, et pro *μ* libri Mss. et Edd. habent *ν* *Παροπάνισος*. Cf. Ptol. Ge. VI, 11, 1. 5. 17, 1, 2.

Scr. *Μαυσανίτης κόλπος* V, 19, 1. bis, non *Μεσανίτης*. Nam altero loco Mss. 1401. 2. 3. 4. *αι* praebent, priore 1401. 2. 119. Nec *Μαδισανίτης* placet VI, 7, 19. ubi *Μεσανίτης*

Mss. 1401. 2. 3. 4. Coisl. Pal. ap. Bert. praestatur. *e* saepe pro *e i. e. ae* in Latinis codd. scribi notum est, similiter in Graecis. De nomine cf. Pinedo ad Steph. Byz.

V, 1, 1. Πόντος καὶ Βιθυνία περιορίζεται. Expectatur περιορίζονται; sed περιορίζεται in libris est omnibus: Ptolemaeo enim Ponti et Bithyniae nominibus una provincia notari videtur. Quod Schedd. I. p. 27. in supplementum scribendum esse moneo.

V, 1, 2. ἱερὸν Ἀρτέμιδος $\overline{\nu\varsigma}$ $\overline{\iota\beta'}$ $\overline{\mu\gamma}$ $\overline{\varsigma'}$ scripsi secutus tabulas. In gradu numeris variant libri edd. $\overline{\nu\varsigma}$ $\overline{\gamma\iota\beta}$ $\overline{\mu\gamma}$ 1401: $\overline{\nu\varsigma}$ $\overline{\mu\gamma}$ $\overline{\gamma'}$ Coisl. $\overline{\nu\varsigma}$ $\overline{\mu\gamma}$. Iam si Byzantium cis Bosporum siti gradus sunt $\overline{\nu\varsigma}$ $\overline{\mu\gamma}$ $\overline{\iota\beta}$ (cf. III, 11, 5.): nec $\overline{\nu\varsigma}$, ut Coisl. tradit, sufficiunt, nec $\overline{\nu\varsigma}$ $\overline{\gamma\iota\beta}$, ut est in edd., conveniunt Dianae fano, ultra quod Βιθυνίας ἄκρον (V, 1, 5.) positum esse dicitur, cuius gradus in edd. feruntur esse: $\overline{\nu\varsigma}$ $\overline{\delta'}$ $\overline{\mu\gamma}$ $\overline{\gamma'}$. Deinde vero si parallelo sunt situ Byzantium et Chalcedon, cuius gradus in Coisl. cod. recte signantur hoc modo: $\overline{\nu\varsigma}$ $\overline{\iota\beta}$ $\overline{\mu\gamma}$ $\overline{\iota\beta}$ Coisl.: Dianae fanum, quod hac urbe ulterius est, non recte, ut in libris editur, gradui dumtaxat $\overline{\mu\gamma}$ assignari potest, nec salva orae descriptione, sequi licet codicis Par. 1401. numeros $\overline{\mu\gamma}$ $\overline{\gamma'}$ quibus periculum est ne templum Ponto mergatur. Quamobrem tabulae, quod medium inter utrumque situm monstrant, nulli, opinor, errori sunt obnoxia.

Ἵππιος V, 1, 7. 11. 13. non Ἴππιος, ut est in edd., scribi debere videtur. Sic enim praestant Parr. 119 1401. 2. 3. 4. Pal. alter Rom. Barb. item Arrianus. Ἵππιος §. 13. est in sola Coll. Lips. eaque Scylacis forma. Hyppus autem est apud Plinium.

Lib. V. 2, 5. Ἀτραμύτιον. Sic recte scripsit Bertius Strabonem et Stephanum secutus, atque ita etiam scholiastes. Erasmus dederat Ἀτραμύττιον. Codices 1401. et 2. habent Ἀτραμύτιον, 119. Ἀτραμύτιον. Coisl.inianus autem quod a vero proxime abest Ἀτραμύτιον.

Lib. V, 2, 5. Παλαισκηψίς oxytonon est in Ptolemaei libris omnibus, nisi quod Coll. Lips. πάλαι σκῆψις exhibet.

unde Strabonianum *Παλαισκήμις* agnoscas. Idque confirmat Ptolemaei nomen simplex *Σκήμις* §. 14.

V, 2, 6. Cavendum est, ne additamenta, quae scholiorum instar sunt, in orationis ordinem recipiantur. Primo ad titulum *Αἰολίδος* manifestum scholion additur: *Ἐνταῦθα λέγει εἶναι τὴν Αἰολίδα*. Quod plane supervacaneum est, nisi scholiastes hoc vult dicere, eam regionem Ptolemaei tempore non esse Aeolidem iam dici solitam, sed Mysiam, Mysiae vero partem fuisse Aeolidem.

Deinde vero *Ἐλαία* sine ullius nominis accessione memoratur in libris editis. In Parisinis autem codicibus duobus addicitur, in uno 1402. *Περγάμων*, in altero 1401. etiam corruptius *περὶ γάμων ἐπίνειον*. Apud Strabonem, unde haec sumpta esse videntur, XIII, 615. scriptum est *Περγαμηνῶν ἐπίνειον*. Saltem *Περγάμου* expectatur, quod nomen statim postea etiam in altero codice depravatum exstat (*περὶ γάμου* 1402.) Ibidem iidem codices illis verbis continuo subiecta haec exhibent: *μεταξὺ δὲ Ἐλαίας καὶ Πιτάνης καὶ Ἀταρνέως καὶ Περγάμου Τευθρανία* $\overline{\nu\theta}$ $\overline{\lambda\theta}$ $\nu\beta'$. Haec verba non sunt, opinor, Ptolemaei: primo quod non sunt in codicibus eius omnibus, et ne ullum quidem in ceteris, ut Coislino, lacunae vestigium, deinde quod in Graecis libris Mss. ante *Μυρίνα* ponuntur, in Latinis vero postponuntur, in his autem verba *καὶ Περγάμου* Latine non expressa sunt, tum *Τευθρανία* secundum Strabonem appellatur *Μυρίνα*, quae in ceteris Ptolemaei libris Mss. dicitur, porro quod *Τευθρανίας* situs declaratur situ *Ἀταρνέως*, cuius nullam usquam mentionem Ptolemaeus facit, denique quod Elaeam et Pitane sic collocat, ut, qui inter eas Teuthraniam interpositam fuisse dixerit, nemo possit assequi. Haec vero non dubium est quin Straboni debeantur, l. l. plane hoc scripta modo et ordine.

Contra recepi verba ibidem ante *Ἐλαία* nomen: *Πιτάνη· περιόρεϊ αὐτὴν ποταμὸς Ἐϋήνος* $\overline{\nu\theta}$ α' $\overline{\lambda\theta}$ δ' *Πιτάνη ποταμὸς* in tabulis aut Latinis interpretibus, *Ἐϋήνος* autem in Romano codice Barberiniano et Parr. 1401. et 2. recte dicitur. Quomodo nata sit vitiosa fluvii appellatio, scriptura codicis

Barb. arguit: *περιῶρέει τὴν Πιτάνην* (αὐτὴν 1401. 2. non τὴν Πιτάνην) ποτ. *Εὐηρος* quo nomine omisso haud scio an *Πιτάνη* scriptum sit.

V, 2, 13 *Φοῖνιξ* reete. *Φοῖνιξ* III, 17, 3. *φουνίξ* V, 2, 11. in Edd. non contradicentibus Mss. Ubique scripsi pro more paroxytonon. Ibid. ἢ τε Ἰδη ὄρος τό τε Mss. Par. 1401. quo in codice multa ad normam grammaticam exactius scripta exhibentur. At ἢ non erat corrigendum, ut docui Schedd. I. p. 26.

V, 2, 15. *Ὀλυμπηνοί* an *Ὀλυμπινοί*? *Ὀλυμπινοί* 1401. 2. 3. 4. Coisl. Tabb. *Ὀλεμπηνοί* 119. *Ὀλυμπηνοί* Edd. etc. — Ibid. 16. *Μοστινή* 1401. *Μοστιηνοί* cett. V, 1, 11 *Μαριανδηνοί*, sed *Μαριανδανοί* 1401. 2. et *Μαριανδυνοί* 1403. 4. — Ac dubitationem facit varietas lectionis nominum *Ὀρμίνιον* et *Ὀρμίνιον* V, 1, 10. sq. *Αἰσήπου* et *Αἰσίπου* V, 2, 2. — Accedit quod illi Herodoto *Ὀλυμπηνοί* dicuntur, Straboni in Ven. 1. *Ὀλύμπιοι*, in cett. *Ὀλυμπηνοί*. His computatis etsi alias *Ὀλύμπιος* vel *Ὀλυμπικός* Graecis sunt usitata eiusdem originis nomina, tamen Straboni non minus forma *Ὀλυμπηνοί* vindicanda videtur, quam Ptolemaeo. Hanc nominis terminationem firmant similiter terminata earum regionum nomina, *Ἀβρεττηνή*, *Ἀβυδηνοί*, *Ἀστακηνοί*, *Μωρηνή*.

V, 2, 16. *Περπέρη* anonym. Lips. in marg. suadet, nec improbabiler, si verum est, quod Mannert (VI, 3, 426.) affert, ad *Περπερήνα* nomen Strabonianum et Plinianum hoc Ptolemaeum referendum videri. *Τερμέρη* Edd. praestant, *Περμέρη* Par. 1404. Pal. ap. Bert. et Lips. *Πέπερι* Parr. 1401. 3. 4. *Πεπέρη* autem Coisl. et Barb. quod haud scio an ex *Περπέρη* sit natum.

V, 2, 22. *Δορυλάειον* scribi recte iussit Anonym. Lips. sine dubio Stephanum secutus. *Δορύλλειον* Edd. sic α geminata λ littera absorptum videtur. Emendationem comprobant variae lectiones *Δορύλειον* Coisl. et *Δορύλαιον* Parr. 1401. 2. 3. 4, 119.

V, 6, 12 *στρατηγίας Χαμάνης* vitiosum videtur. Apud Coisl. est *Χαμάνησος* 1401. 4. *Σχαμάνησος* 1403. Ex hoc coniecicris *Ζαμανησίας* e nomine loci propinqui Cappa-

docum, Ζάμα. Chammanesis est in Tabb. Χαμάνησας 119. Ex hoc utroque feceris Χαμμανησίας. Apud Strab. XII. p. 540. exstat Καμμανηνή. Sed apud hunc quoque p. 534. Σαμμανηνή. Haec si computes, Σχαμμανησίας aut Ζαμμανησίας verum esse putes. Namque ex Ζάμα aut Σχάμα dicta legatio videtur.

V, 8, 6. Χαρακηνήs recte praebet Ms. 1402. sic est VI, 3, 3. Χαρακηνήs 119. Χαρακινής vulgo h. l. Ibidem Φλαουιόπολις scribendum (vulgo Φλαυιόπολις) III, 11, 30. Φλαούιοι (vulgo Φλαύιοι) βωμοί scripsi. Sic et Bert.

V, 16, 2. Ἀνθηδών a Ptolemaeo IV, 5, 12. Aegypto, V, 16, 2. Palaestinae annumeratur, diversis graduum numeris, qui necessario aequandi sunt.

VI, 4, 4. Ἀξιμα exstat et VIII, 21, 11. ap. Erasm. Ἀξιμα III, 1, 37. ubi revocavi Ἀξιμα. Id quod etiam analogia postulat: Βαρδάξιμα VII, 1, 3.

VI, 14, 9. Ἀγάθυρσοι Sarmatiae Europaeae populus III, 5, 22. notati in tabulis, Scythiae autem intra Imaum populus, in tabulis Mercat. desiderantur, et in eius indice.

VI, 17, 4. Ἀύγαρα scripsi, rationem e Ptolemaei consuetudine ductam, de qua supra exposui, non codices h. l. secutus. Similiter Ἀύγα V, 17, 5. παροξύνεται. Ibidem vero est etiam Πάγαρα in libris plerisque et iis maximam partem optimis, nisi quod Bertio teste in Pal. et referente Sypsonio meo in Par. 1403. exstat Παγάρα, cuius depravatio nominis sine dubio mutandi accentus caussa exstitit.

VI, 17, 7. Νισιβις ego, vulgo Νισιβις. Sed Νισηβις 1401. Insuper Νισιβις V, 18, 11. VIII, 20, 23. ubi Νήσιβις V. L. rationem meam comprobat.

VI, 18, 2. Παρσηήτων ὄρων a Ptolemaeo scriptum videtur in ceteris codd., non Παρονητών, ut in Mss. Coisl. 1401. 2. 4. et Lips. anon. aut Παρονιτών, ut in eod. 1403. Nam §. 3. Παρηήται quidem in libris edd. vocantur acoelae, sed Παρσηήται in Mss. 119. 1402. 3. et anon Lips. et sono sibilo dicuntur etiam Coisl. Παρσηήται ac Παρσηήται 1401. nec dissimili sono aut ductu 1404. — Nec minus VI, 20, 3. Παρσηήται dicendi videntur, quamquam in edd. Βαρτηήται,

audiunt, in Mss. autem Pal. apud Bert. anon. Lips. Parr. 1401. 2. 3. 4. *Παργυῆται*: quae forma nominis, quid sit verum, satis arguit.

VI, 21, 2. *Δραγγίαν* libri edd. perperam scriptum exhibent. Non dubium est, quin *Δραγγιανήν* recte praestent codd. Pal. ap. Bert. Coisl. Parr. 1401. 2. 3. 4. Vat. et Barberin.

VI, 21, 4. *Ἀρβιτῶν κῶμαι* scripsi: quod codd. Coisl. Parr. 1401. 2. exhibent. Quamquam in edd. legitur *Ἀβηριτῶν κ.* *Ἀρβιτῶν* autem Pal. ap. Bert. 1403. et 4. Scripturam meam confirmant *Ἀρβιτα ὄρη* §. 1. et *Ἀρβις* urbs §. 5. Adde Steph. Byz. Nec enim satis, opinor, constat de nomine *Ἀρβιται* apud Arrian. An. Al. VI, 21.

VII, 1, 7. *Μανδάγαρα* proparoxytonon feci. Sic est VI, 2, 11. Poscit analogia nominum *Χωνναμάγαρα* ἢ *Χωνναγάμαρα* VII, 1, 48. Par. 1401. ἢ *Χωνναγάμαρα* 1404. *Ὀστοβαλάσαρα* VII, 1, 50. Mss. 1401. et 4. *Ὀμηνόγαρα* VII, 1, 82. Mss. 1403. et 4. *Μινάγαρα* VII, 1, 63. Coisl. *Ἀρίσπαρα* VII, 1, 48. Coisl. *Βατανκαίσαρα* VII, 1, 51. Coisl. parox. Bert. *Βανάγαρα* VII, 1, 56. Coisl. parox. Bert. *Μάργαρα* VII, 1, 51.

VII, 1, 11. *Κῶρον ἄκρον* est in ceteris libris omnibus, *Κόρον* ubique in cod. Coisl. 1, 13, 1. 4. 14, 8. 9. VII, 1, 11. (96. *νησος*) VII, 4, 1. 2.

VII, 1, 31. *Μωφίδι* scripsi. In Ms. est *Μώφιδι*, ap. Eras. *Μόφιδι*: sed per se credibilis est, grammaticos vitiose scripsisse *Μώφιδι*, quam *Μωφίδι*, quod est §. 4. | non dissentiente ullo cordice.

VII, 1, 66. *Ναναγούναν* Ms. 1401. Hic accentus legitimus. Ceteri libri h. l. et §. 7. 32. praebent *Ναναγοῦναν* acc. et *Ναναγοῦνα* genit.

VII, 2, 5. *Τακόλα* scripsi, ubi vulgo est *Τάκολα*, sed *Τὰ κῶλα* 119. *Τὰ κῶλα* 1404. *Τακῶλα* Coisl. 1402. *Τάκαλα* 1403. Verum enimvero *Τακόλα* vulgo VIII, 27, 3. et sic. 1403. et 119. *Τακόλα* 1401. e quo ad VII, 2, 5. nihil discrepantiae praeter numeros adnotat Sypsomos.

VII, 4, 7. *Ταλακῶρι* vulgo. *Ἀλάκωρον* 1402. *Ταλακῶρον ἐμπόριον ἢ Αλακότη* 1401. sed *Ταλακῶρι* sine V. L. VIII, 28, 4. Scribendum putavi *Ταλάκωρον* ad analogiam nominis *Κῶρον*.

VII, 4, 8. *Σοάνας ποτ.* dicitur, non *Σοάνα*, ut Bischoff in Lex. perperam.

VIII, 8, 5. *Ῥαουέννα* vulgo. Sed *Ῥαβέννα* Coisl. *Ῥάβενναι* 119. contra *Ῥάβεννα* 1401. quod scripsi. Sic est enim I, 15, 3. 6. *Ῥάβεννα* scripsi etiam III, 1, 23. ubi vulgo *Ῥάβενναι*.

VIII, 13, 8. *Ἰὼλ Καισάρεια* Tarraconi opposita I, 15, 2. iisdem gradibus posita IV, 2, 5. quibus Iulia Caesarea IV, 2, 35.

Itaque *Ἰὼλ* et Iulia aut diversa sunt eiusdem loci nomina, aut non modo Tingitanae secundum Plinium, sed etiam Caesarensis Mauritaniae Caesarea appellata est Iulia.

Libro VIII, 20, 16. *Τιβεριάς* manifesto πόλις memoratur, sed in ipsa Iudaeae descriptione non nisi λίμνη *Τιβεριάς* IV, 16, 4.

item *Βαγύγαζα* VIII, 26, 12. sed non VII, 1. ubi *Βαρυγαζηνῶν κόλπος* §. 5. memoratur.

Libro VIII, 22. praeter alia urbium nomina, quae in ceteris editionibus desiderantur, §. 10. exstat *Γέροζα*; quod nomen eodem ordine et loco est etiam in Hudsoni Geogr. min. I, 16. in uberiore autem ipsius Arabiae descriptione VI, 7. frustra quaeritur, ubi §. 16. *Γέρα* legitur in editione Bertii, e Palatino autem et Hudsoni Geogr. min. l. l. *Γέροζα* manifesto rescribendum est.

Ptolemaeo VIII, 22, 11. *Μάρα* inter Arabiae Felicis civitates numeratur. In libri autem VI. cap. 7. quo istae copiosius recensentur, nullum illius est vestigium nominis conspicuum Erasmi ceterorumque editiones sequentibus: In his enim mirum in modum depravatum est nomen *Βάραβα*, in Palatino autem codice secundum Bertium *Μαμάρα*. Hoc proprius abest a vero, quod in codd. Coisl. 1401. 2. 4. com-

paret: *Μάρα*, de cuius scriptione eo minus est dubitandum, quod in loco libri VIII. parallelo nulla est discrepantia.

Σαμυδάκη VIII, 22, 22. Edd. *νήσος* addit 1401. sed *Σαμυδάκη πόλις* Steph. Byz. *Σαμίδακα* 1403.

Eadem VI, 8, 7. *Σαμυκάδη* in Edd. *Σαμυδάκη* Pal. 1403. et 4. *Σαμυδάκη* Coisl. *Σαδαμικά* ἢ *Σαμυδάκα* 1401. corruptius *Σαβαμάκη* Lips. *Σαβάμακη* (sic!) 1402.

His inter se collatis utrobique *Σαμυδάκη* praestat.

Nec diversum scriptura esse VI, 8, 8. nobis videtur nomen fluvii *Σαμυδόχου* Edd. *Σαμυδάχου* 1404. *Σαμυδάχου* Pal. 1403. *Σαμυδάχου* Coisl. *Σαμοδάχου* 119. *Σαδαμίχου* 1401. *Σαβαμάχου* Lips. *Σαβάμαχου* (sic!) 1402. quo loco turbata esse omnia apparet. Huic vero medicinam affert codicum scriptura alterius loci, VI, 8, 12. ubi Edd. habent *Σαμυράκου*, *Σαμυδάκου* autem Coisl. 1401. 2. *Σαμυδάκος* Pal., sed *Σαμυδάκου* Barb. b. 1403. 4. quod ob civitatem cognominem, et ob Marc. Her. consensum (Geogr. Min. ed. Huds. I, 22.) verissimum videtur.

In Marciani Heracleotae Periplo, (Geogr. min. ed. Hds. I, 22.) his legitur nonnisi genitivus *Σαμυδόκου*. Incertus est igitur nominativus, quamquam in Lexicis dicitur *Σαμυδόκος* aut *Σαμυδοχος*. *Σαμυδόκης* autem forma magnam habet veri speciem, quae utramque genitivi formam admittit.

Ad VIII, 25, 7. In *Κάρουρα* nomine mirum quanta est scripturae varietas. Unus est huius nominis locus Paropanisdarum, Indiae proximus, VI, 18, 5. ubi etiam *Όρτοσπάνα* dicitur. Ibi *Κάβουρα* exstat in Mss. Parr. 1403. 4. *Όρτασπάνα* autem in solo 1404. in Norimb. cod. minore Ortotospana. Idem denique memoratur VIII, 25, 7. ubi in Coisl. cod. est *Καρούρα*; in quo perpetuus est iste, si tamen est, in accentu error. Alter locus *Κάρουρα*, βασιλειον *Κηροβόθρου*, Lymyricae provinciae Indicae intra Gangem est urbs, cuius mentio fit VII, 1, 86. et VIII, 26, 16. ubi Bertio *Καρούρα* et Catura dicitur, *Καρούστα* Ms. Par. 1403. Item tertius est Indiae ad sinum Argaricum, qui in libro Ms. Coisl. *Καρούρα* pari constantia appellatur. I, 13, 1. *Κόρου* Ms. Par. 1404. Κο-

ρούρα Ms. Par. 119. et Pal. Κούρουλα Wilb. Κούρουρα
in cett. edd. — Eodem modo I, 13, 4. Κουρούλα in Ms.
1402. Κόρουλα 1403. et ap. Wilb. 2423. — et VII, I, 12.
Κούρουρα in edd. Ms. 119. Κούραλα 1403. Curula Tabb.
Κούρουλα Coisl. 1401. 2. 4. His omnibus reputatis non du-
bitavi Κούρουλα recipere.

B e r i c h t

des Schuljahres von Ostern 1841—42.

I. Personale.

a) Gymnasial-Commission.

- 1) Hr. Superintendent und Prof. Domherr Dr. Großmann.
- 2) = Bürgermeister und Vorsteher der Nicolaischule Geh.
Justizrath Comthur Dr. Groß.
- 3) = Vicebürgermeister und Vorsteher der Thomasschule,
Dtto.
- 4) = Dr. med. Piscovius.

b) Lehrer-Collegium.

- | | |
|--------------------------------|---------------------------------------------|
| 1. Rector, der Unterzeichnete. | 10. Hr. Adjunct. II. Kreuzler. |
| 2. Hr. Conrector Forbiger. | 11. = Hauschild, 1. Franz.
Sprachlehrer. |
| 3. = Mathem. I. Martin. | 12. = Teschar, 2. Fr. Sprl. |
| 4. = Collega III. Hempel. | 13. = Gesanglehrer Michler. |
| 5. = Collega IV. Naumann. | 14. = Schreibelehrer Schulz. |
| 6. = Collega V. Klee. | 15. = Turnlehrer Berndt. |
| 7. = Collega VI. Palm. | 16. = Zeichenlehrer Radegast. |
| 8. = Mathem. II. Brandes. | |
| 9. = Adjunctus I. Dtto. | |

Anm. Sämmtliche Lehrer von 1—12 sind Doctoren der Philosophie
u. 1—11 auch Magister der freien Künste, und 15. u. 16. Pri-
vatlehrer.